

Werk

Titel: Tobiae Pfanneri, De Catechumenis antiquae Ecclesiae Liber
Autor: Pfanner, Tobias
Verlag: Boetius; Litteris Mullerianis
Ort: Gothae; Francofurti; Vinariae
Jahr: 1688
Kollektion: VD17-Mainstream
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN740847600
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN740847600>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=740847600>
LOG Id: LOG_0004
LOG Titel: Praefatio
LOG Typ: preface

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
 Georg-August-Universität Göttingen
 Platz der Göttinger Sieben 1
 37073 Göttingen
 Germany
 Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

PRAEFATIO.

Veteris Ecclesiae monumenta, atq; Patrum praesertim scripta olim tractantem inceserat cupido de Ritibus ejus Historiam scribere, & quae illius forma, facies, atq; habitus fuerit, una veluti tabula spectandam proponere. Neque intra propositi limites solum co- gitatio, ad ipsum tandem opus progressa, ut perficiendi non spem tantum atque votum coeptus labor, sed & spei robur atque fiduciam adderet. Tanta molienti manus fata injecere, objectis, quae industriam inten- dentem primò dubium redderent, postea co- piam facultatemque, ad extremum deni- que cum proposito ipsum penè animum, aut saltem animi, sine quo nihil victurum scri- bas, vigorem alacritatemq; auferrent. Ha- sitationem primò attulere Scriptores, qui jam materiam hanc sive integram sive per partes tractaverunt; qui si quid omnino alienae industriae intactum permisere, mo- lestum tamen futurum erat, in multis & forsitan plerisque actum agere, post homines, quorum veluti summum certamen erat, ne
quid

PRÆFATIO.

quid profuturum seculis latêret diutius; ea
 opum affluentia, ut inopiam aliis facerent;
 ea denique felicitas, ut vacuum post tot se-
 culorum barbariem elegantioris literaturæ
 locum ipsi fermè totum priores occuparent,
 posteros prærepta gloriæ auditores potius
 atq; præcones, quàm successores aut æmulos
 habituri. Qua in re considerare aliquando
 Et tantum non miserari subiit hominum
 eruditorum extremæ, quam nunc agimus,
 ætatis conditionem, quibus nimia majorum
 diligentia, Et quæ hac meruere, lau-
 dum decora vastitatem velut gloriæ soli-
 tudinemque fecere, nullo ferè his relicto
 spatio, in quo ipsis integra neque ab istis de-
 libata experiendarum virium occasio atque
 materia esset. Quid enim, ut hac solum
 litterarum parte istius doloris argumenta
 præbeamus, post Baronios, Casaubonos, Vi-
 cecomites, Salmasios, Grotios, Dalletos, Al-
 baspineos; post Brissonios, Budeos, Cujacios,
 Pancirollos, tot denique alios, sive ex sacra
 antiquitate, sive profana, uti vocant, depro-
 mas, ab istis non allata ut iisdem auctoribg,
 pari horum, si quibus ea ingenii felicitas
 contigit, tractandorum judicio, neque dis-

PRÆFATIO.

simili elegantia talia tractantem non sui ferè ipsius pigeat, ita comparatis rebus, ut quamvis propriis tuisque nitare opibus, in alienis tamen bonis te jactare atq; dominari, aut ab aliis saltem decoctam crambem fastidienti seculo iterum objicisse videaris; cunctis jam fermè præcertis, per quæ fama quereretur; ut forsàn haud immerito nostræ tempestatis honoribus ademptum conquerrantur, quidquid alienis cesserit, si quorum animos gloriæ avaritia nominisq; posteritati commendandi cupiditas affligit, quæ plerumq; etiam sapientiū labes est. Ita, ne quid dissimulem, hæsitabat in ipso limine depressa industria, majus fortunâ suâ aut alienum saltem à sorte præsentium temporum facinus ausu; ut jam ferè magis pœniteret cœpisse, quàm cogi desistere. Quamvis enim non deerant, qui operis utilitatem suamque de nostris laboribus spem jactitantes, languidiori stimulum subderent, haud tamen integrum erat, viris quantum cunque eruditis, egregiamque famam, etiam ista sæculi difficultate atque rerum statu, adeptis, at amicioribus nobis, quàm ut laudantibus tutò credere liceret, assensum commodare. Ita sua jam sponte pœnitentiam suscepti negotiis

PRÆFATIO.

gotii agenti accedere mox alia, quæ etiam nolentem ex spatio cœpti laboris revocarent. Aliam videlicet non multo post, jubentibus ita fatis, & quæis fata nostra dispensare datum est, Principibus, sortitos provinciam, aliumque fere, sinegoticorum potius hominumque discrimine, quàm itinere æstimes, in orbem delatos, primum Libri, postea tempus, deniq; animus, & tantum non Spiritus deserebat, fatali quadam ægitudine marcens, & vix obeundis, ad quæ destinabamur, officiis, vix vitæ suæ tolerandæ retinendæq; sufficiens. Sic aliis occupato muniis, suaque ægitudine conflictanti nihil supererat, quàm aut alia agere, seu ubi idliceret, desides demittere animos, aut ad alia versos, aut nimio langvore nihil amplius ausuros, quæis felicioribus ingeniis ad immortalitatem famæ iter aditusq; paratur. Spe itaque conatûq; magis depulsi seriò jam nuncium miseramus labori, cujus dimittendi aut consilium aut necessitatem ipsa, ut videri poterat, fata injecerant; abjectaq; velut ab indignante, quæ à gestiente fieri solebant. Quamvis enim difficile sit, quod cum spe magna sis ingressus, id ad extremum usque non exequi, parendum tamen erat necessitati,

PRÆFATIO

ti, cuius vim atq; auctoritatem frustra, ut-
 eunq; annitare, defugias. Sic perierat tot an-
 norum industria, & provisus tanto operi pa-
 ratus, quo instructi olim animum inchoando
 adjeceramus, plus quàm unius lustri incuriâ
 aut oblivione neglecto. Ne tamen ex toto pe-
 riret, intercessit Numinis benignitas, animo
 à languore hætenus saltē allevato, ut omis-
 sam tanti temporis spatia telâ, cuius ipsi ad-
 huc tenues reliquæ hærebant repetere aude-
 ret. Et haud adeò pridem oblata aliunde ac-
 ceptaq; conditione commodū accidit, ut dum
 in possessionem novi muneris veniremus, in-
 terjecta temporis nostris rebus prolixius va-
 care liceret, abdicatis præsertim negotiis,
 quibus nihil cū elegantiori litteraturæ com-
 mercii est. Hinc ad cœptū opus revolutis, cum
 jam de Catechumenis, à quibus, cū rem
 aggredieremur, istud ordiri conveniens vi-
 sum, plenâq; ita olim tractassemus, ut pauca,
 quæ ad materiâ illam spectabant, restarent,
 in mentem venit, isti saltē tractationi supre-
 mam manum admoveere, adjectis nimirum,
 quæ ad perficiendum Catechumenum, pera-
 gendumq; Catechumenatum supererant. Ita,
 dum aliis urceum parantibus amphora na-
 scitur, nobis versa in deterius sorte ampho-
 ram

PRÆFATIO.

nam aggressis urceus exit; dum ritus Ecclesie antiquæ in animo consilioq; habemus, Catechumeni prodeunt; ad liment tantum Ecclesie, ad quam ipsis contendendum, neq; ultra, progressi. Quanquam & hæc aliquantum segnius infeliciusq; nobis procederent, tot annorum desuetudine horum studiorum penè oblitis, & ferè ad Latinam scriptiõnẽ minus expeditis. Neq; tamen adeò exiguum nobis videbatur, Catechumenos, Ecclesie jam ferè (quales quidem isti prisci ævi erant,) ignotos, suaq; vetustatis situ squallentes sua luci utcunque reddidisse. Neq; jactantius quidquam à nobis dictum quispiam criminabitur, si qualicunque nostrâ operâ rei adeò à moribus temporibusque nostris remota, id eoq; obscuriori, aliquid luminis nos intulisse, gloriari audeamus. Haud pauca enim ab aliis, quantum animo memoriave complecti licet, aut penitus omissa, aut incuriosius tractata, à nobis observata, explicatiusque eradita deprehendent spero, si quibus id opera pretium fuerit, cum Scriptura aliorum nostra contendere. Cæterum labi quidem, errare, decipi, & malum & turpe ducitur; at lapsum fortè aliquando atque errore deceptum esse, nihil alienum quisquam arbitri-

PRÆFATIO.

trahitur ab homine labendi errandique necessitati, fatali quadam nascendi vivendique conditione obnoxio, eâ præsertim in re, in qua uti spissiores aliquando avi obscuritate sua involuti, scriptorumve vitio tenebra, ita ad lapsum erroresque in ista caligine proclivior gradus atq; occasio est. Et veniam erranti dabunt ii saltem, qui quàm facile ad devia iter sit, suis erroribus experiri didicerunt. Istud etiam monendum existimavimus, suum à nobis Proæmio locum etiam hic relictum redditumve esse, à quo prolixius istud de Ritibus opus auspicari animus fuerat; quòd neq; hunc libellum omnino de decere arbitraremur. Et quo sumpti bono animo laboris propositiq; hac quoq; ratione documenta daremus; nisi fortè honestius fuerat, irritos ausus transmississe silentio, neque istis se deridendum propinasse, quibus ex ludibrio contemptuq; aliorum gloria quæritur, rationes malè initas exprobraturis, velut majora, quàm quæ modus noster caperet, molitos, vix jactis ædificii fundamentis facultates destituiscent; quibus nisi ea quæ jam adduximus, satisfaciant, nihil est, quòd operosius nos aut nostra excusare studeamus.